



**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Quæstio 1. An ad effectum hujus Sacramenti requiratur contritio; an
sufficiat attritio?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

speciem. Quapropter P. Bresserus de conscientia, lib. 4. cap. 18. num. 197. tam in uno, quam in altero casu opinionem Card. de Lugo probabilem putat: Ergo si principium, quo nititur Lugo, aliquid probat, concludit etiam, esse probabile, rusticum nunquam teneri confessiones, agresti modo factas repetere, licet, nec numerum, nec species peccatorum distinctè confessus fuerit.

1. Nos verò licet existimemus, ut constat ex dictis sup. 1. de integritate confessionis, quæst. 6. peccatum dictum ut dubium, debere dubio cessante, ut certum explicari, adhuc ex alio principio, asserimus probabile, ejusmodi rusticos communiter non teneri præfatas confessiones repetere. Ita Henriquez de Penit. lib. 2. cap. 5. cum Gueterro, & aliis viris doctis, à se consultis. P. Sà verb. confessio, num. 41. Fagundez 2. præcept. Eccles. lib. 3. cap. 5. num. 11. Diana 3. part. tract. 4. res. 89. & cum Marchantio iterum part. 5. tract. 13. res. 84. Quibus consentit Tamburinus in Method. lib. 2. cap. 1. §. 4. num. 29. & cum Fabro, tenet Leander tr. 5. disp. 5. quæst. 72. licet restringat eo modo quo Card. de Lugo supra. Moveor, nam cum prædicti rustici uniformem vitæ modum communiter habeant, ex confessione unius anni, conjicere potest prudens confessarius, quot numero peccata, & in quibus speciebus, reliquis annis commiserit. Si autem ex confessione unius anni nequiret prudenter de antea acta vita judicare, & aliunde ejusmodi rustici, ut ponimus, in reliquis confessionibus ita se accusaverint, ut confessarius plus minusve, peccatorum numerum, & species non percepisset, tenerentur sub mortali omnes confessiones dum postea possent repetere, determinando certum numerum moraliter, vel mathematicè. Quidquid contraxerit Leander ex Lugo, quod prius docuerant Veja 1. part. casu 2. & P. Sà ubi sup.

re ipsa non habeatur, non conferatur gratia habitualis. Ita docuere M. Bonavent. Hugo, Richard. Alensis, Gabriel Major, Medina, & Adrianus, apud Suarez de Penit. disp. 22. sect. 1. Verum hanc sententiam periculosam vocat Vasquez hic quæst. 92. art. 1. num. 2. Et hoc Sacramentum habere virtutem ad justificandum peccatorem, per solam veram attritionem dispositum, adeo certum est, inquit Suarez supra num. 10. ut non possit absque errore negari. Probatur ex Tridentino sess. 14. cap. 4. ubi de attritione loquens, sic ait: Quamvis sine Sacramento Penitentia per se perducere peccatorem ad justificationem nequeat: tamen cum ad Dei gratiam in Sacramento impetrandam disponit. Ecce ex Tridentino attritio, quæ sine Sacramento ad justificationem non sufficit, in illo tamen sufficienter disponit, ac proinde proximè, ut bene expendunt P. Suarez supra, Vasquez art. 1. citato, dub. 2. & Card. Lugo disp. 5. sect. 9. num. 143. quia si in Concilio tantum esset sermo de dispositione remota, malè assignaret discrimen inter attritionem cum Sacramento, & sine illo; concedendo attritioni in Sacramento, quod extra illud negat: quandoquidem attritio, etiam extra Sacramentum, ad justificationem remotè disponit. Præterquam quod, cum Concilium intendat ex professo explicare dispositionem, quæ ad effectum, & fructum Sacramenti requiritur, eam nobis tradere, & proponere debuit, quæ per se esset sufficiens ad talem effectum consequendum, absque consortio alterius doloris ex perfectiori motivo provenientis, aliàs diminutè processisset.

3. Deinde probatur ratione: quia si contritio perfecta requisita foret ad effectum hujus Sacramenti, jam essent mortalia remissa, quando absolutio conferretur, ac proinde non remitterentur virtute clavium, quod erroneum, & contra fidem est, ut notat P. Vasquez q. 84. artic. 3. Est enim contra Concilium Florentinum sess. ultima in decreto Eugenii de Sacramento Penitentia, ubi definit: Rem illius (id est, effectum) esse remissionem peccatorum. Est etiam contra Tridentinum sess. 14. capite 5. ubi ait: Sanè res, & effectus hujus Sacramenti, quantum ad eius vim, & efficaciam pertinet, reconciliare est cum Deo. Quæ quidem, ut patet, vera esse non possent, si contritio esset requisita ad Sacramenti effectum, nam cum contritio absolutioem præcedere deberet, Sacramentum non remitteret peccata (ut ait Florentinum) quia jam supponeret anteabsolutionem remissa: nec reconciliaret cum Deo (ut dixit Tridentinum) quia jam supponeret peccatorem cum Deo reconciliatum. Hoc argumentum urget subtilis Scotus in 4. dist. 14. q. 4. lit. E. per hæc verba. * Alioquin, inquit, non apparet quomodo Sacramentum Penitentia sit secunda tabula, si nunquam per ipsum, ut Sacramentum possit recuperari secunda gratia amissa, sed tantum per contritionem, tanquam per dispositionem completivam. * Ergo omnino certum esse debet, ad effectum hujus Sacramenti veram contritionem non requiri: sed sufficere attritionem, quæ imperfecta contritio dici solet. Hæc veritas me iudice inter fidei dogmata numeranda esset.

4. Dices contritionem perfectam, non semper habere conjunctam remissionem peccatorum, sed solum in casu necessitatis, quando quis nequit nisi difficillimè confessarium adire: quando verò potest, non remittuntur peccata quantumvis contrito ante receptionem Sacramenti. Sic respondet Franciscus Sylvius in quæst. 5. supplementi D. Thomæ, art. 1. cum Molano, & Joanne Estio discipulis Michaelis Baii. Cæterum hanc sententiam esse erroneam, ait Egidi-
dus

DISPUTATIO QUINTA

De dolore, & dispositione, quæ peccatorum absolutionem debet præcedere.

QUÆSTIO PRIMA.

An ad effectum hujus Sacramenti requiratur vera contritio? an sufficiat attritio?

1. Suppono primo ex communi Theologorum, attritionem sufficere ad valorem Sacramenti, & distingui à contritione, per ordinem ad diversa motiva: contritio enim est dolor de peccatis propter Deum summè dilectum: attritio verò est dolor de peccato propter eius turpitudinem, vel ex metu gehennæ, & pœnarum, seu carentia beatitudinis conceptus. Suppono secundo, valorem hujus Sacramenti in eo stare, quod habeat partes essentielles: effectum verò illius esse gratiam habitualement reddentem hominem sanctum, maculamque mortalem expellentem. His positis.

2. Prima sententia asserit, veram, & perfectam contritionem ad hunc effectum requiri, taliter, ut si

dus q. 68. art. 2. num. 30. & esse contra sententiam Cathol. cum, inquit Vasquez tom. 2. in 3. p. disp. 152. numer. 3. & jam diu damnata est à P. o V. & Gregorio XIII. in Bulla contra Michaëlem Bájum. Ubi inter alias, damnatur propositio hæc: *Charitas illa, quæ est plenitudo legis, non est semper conjuncta cum remissione peccatorum.*

5. Unde fit, omnino rejiciendam sententiam Cajetani in Summa, verb. Contritio, §. Itaque, ubi ait. * Scito, quod ejusmodi vera contritio dupliciter inveniri potest, scilicet, cum gratia, & charitate, & sine illa. * Quem ideo acriter reprehendunt Catharinus in Annotat. lib. 5. fol. mibi 432. & M. Sotus, in 4. dist. 17. q. 2. art. 5. Est enim sententia valde affinis, relata ex Francisco Sylvio, ut ipsemet jactat: & est expressè contra D. Thomam loco citato ex 4. sent. dist. 17. q. 2. art. 5. ad 3. quæst. ubi inquit. * Quantumcumque parvus sit dolor, dummodo ad contritionis rationem sufficiat, omnem culpam delet. * Conjuratorem tradit quodlibet 1. artic. 9. dicens: * Quia contritio non potest esse sine charitate per quam omnia dimittuntur peccata. * Et iterum 3. p. q. 89. art. 2. in corpore. * Respondendo dicendum, quod sicut dictum est, motus liberi arbitrii, qui est in justificatione impii, est ultima dispositio ad gratiam. Unde in eodem instanti est gratiæ infusio cum prædicto motu liberi arbitrii, ut in 2. p. dictum est. * Ergo vera contritio, utpotè ultima dispositio ad gratiam seu per conjuncta cum illa est, ac proinde cum remissione peccatorum: ergo ante absolutionem, peccatorem cum Deo reconciliat. Et ita multis suadet M. Prado tom. de Pœnitent. q. 1. de contrit. dub. 3. §. 2. fol. 494. ubi sic. * Afferendum est, in omni eventu contritionem quamlibet perfectam, quolibet quantumvis minimo charitatis actu, asserre statim, & semper remissionem peccatorum, & oppositam sententiam, non solum esse periculosam, & parum in fidentiam, sed & temerariam, & scandalosam. * Sic ille. Et me iudice; hæc conclusio definita est in Tridentino sess. 14. cap. 4. ubi dicitur contritionem charitate perfectam; hominem Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur.

6. Propter hæc secunda sententia asserit, per se loquendo necessariam esse contritionem, accidere autem posse hominem bona fide accedentem sola attritione justificari. Itaque juxta hanc sententiam, sola attritio re ipsa est sufficiens dispositio ad effectum hujus Sacramenti; opus tamen est, ut invincibiliter existimetur contritio: nam aliter, inquit, obicem peccator poneret Sacramento, utpotè, qui faceret contra præceptum accedendi cum contritione. Sic docent Victoria, Sotus, Ledesma, Vega, & alii, apud Suarez disp. 20. sect. 1. num. 7.

7. Cæterum attritionem, ut talem cognitam sufficeret, bene ait P. Suarez sup. num. 9. esse omnino verum. Et num. 20. esse hoc tempore practice certum. Idem ante illum dixit Scotus in 4. dist. 14. q. 2. Et oppositum esse improbabile, inquit Lugo disp. 7. sect. 13. num. 73. subnectens à multis censura notari. Et Mag. Joannes Martinez de Prado tom. 1. Theolog. Moral. cap. 1. quæst. 5. §. 4. dicit: Post Tridentinum esse certum certitudine morali, ut oppositum non sit opinabile, & esse apud Theologos improbabile, ait Vincent. Barron. 1. part. Theol. Moral. disp. 2. sect. 1. art. 3. fol. 136. & 133. & fallum, temerarium, & erroneum, vocat Vericelli in qq. Moral. tom. 1. tract. 2. quæst. 38. numer. 8. quibus ficit P. Henriquez lib. 1. de Pœnit. cap. 26. num. 5. dicens: Salmantica, ita defendisse Mag. Penna,

Gallo, & alios viros doctissimos, & ita certum putasse, ut sine remissione, vel errore, negari non possit. Sed quidquid de censura sit. Hæc est communis Durando, Antonino, & Sylvestro, tenet Suarez in num. 9. Valq. quæst. 92. art. 1. dub. 2. & alii quos citavit Leander tract. 3. disp. 7. quæst. 9.

8. Probatum primò, quia ut constat Testamento, Sacramentum Pœnitentiæ, est Sacramentum mortuorum, institutum à Christo Domino ad vivificandos homines culpa mortali post Baptismum infectos, eosque cum Deo reconciliandos: ergo contritio in juxta Sacramento, qui sciens esse mortuum per peccatum, accedit ut vivificetur, & benedicti Sacramenti Deo reconcilietur: non est ergo necessarium, quod se existimet, antequam ad justificationem, & Deo reconciliatum, Contritum, quia licet potest peccatens intendere confessionem consequi effectum, ad quem hoc Sacramentum fuit institutum, nemo autem potest accedere, & efficaciter intendere consequi gratiam peccatorum remissionem, quin probabiliter credat esse in peccato, ergo licet potest ad Sacramentum accedere, & absolutionem recipere, licet sibi suadeat non esse contritum, sed sola attritione gratiam obtinendam dispositum.

9. Probatum secundò: quia ex vi præcepti recipiendi Sacramentum, solum tenetur peccator dolore, quem ex Tridentino bene novit dispositionem esse proximam ad illius effectum: esse autem dispositionem sufficientem, & proximam, non fertur in existimationem humanam: id enim et illi competit, ut ad veritatem supponere videntur. Lugo attritio, ut talis cognita est sufficiens dispositio ad gratiam in Sacramento obtinendam. Neculum est fundamentum in Scriptura, & Concilio ad hoc præceptum illud rigorosum accedendi cum contritione, quod proinde nullatenus admittendum est.

10. Ex dictis concluditur, contritionem perfectam (quæ nomine contritionis per antonomasiam venit) non esse necessariam ad valorem, & effectum Sacramenti Pœnitentiæ: quinimò illud, contritionis perfectam, ob illius difficultatem ex perfectione motui laboratam, à Christo Domino subrogatum est, ut præceditorum sententiam (ait Tridentinum) non imitetur, sed quoties ab admittis peccatis, ad ipsos peccatos confugerint, possent liberari. * Ex quo loco, & alio numero 3. transcriptis, evidenter deducitur prædicta conclusio. Quam, me iudice, definitam tradit Concilium sess. 14. cap. 4. dum postquam declaravit perfectam contritionem, si absolutionem præcedat, hominem Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur, lubnetur; * illam verò contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam vel ex consideratione peccati, vel ex gehennæ, & poenarum metu communiter concipitur, si voluntate peccandi excludat cum spe veniæ, declarat eam sufficere, & Spiritus Sancti impulsu, quo peccatens salutis viam sibi ad iustitiam parat. Et quamvis in Sacramento Pœnitentiæ per se ad justificationem accedere nequeat, tamen cum ad Dei gratiam intendit in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam dispositum, & Quamobrem falso quidam calumniauerunt Catholicos scriptores, quasi tradiderint Sacramentum Pœnitentiæ absque bono motu sive poenitentiam gratiam conferre. Quod nunquam Ecclesiæ Dei docuit, nec sensit. * Hactenus Tridentinum. Si ergo attritio in Sacramento disponit ad Dei gratiam impetrandam,

aliter ac extrinsecus, ac proinde proximè; & est bonus ille motus suscipiens, quo Sacramentum Pœnitentiæ gratiam confert; apertè sibi declarat Concilium, attritionem esse dolorem illum, qui est pars hujus Sacramenti, & proxima dispositio ad gratiam, & remissionem peccatorum illius virtute obtinendam. Quam Sacramentum non causaret, si contritio perfecta præcessisset, cum hæc priusquam actu susciperetur, hominem cum Deo reconciliasset. Est ergo certà fide tenendum, contritionem imperfectà, quæ attritio dicitur, sufficientem esse ad valorem, & effectum hujus Sacramenti. An verò dolor, qui gradum attritionis nuper à Concilio exposuit, non attingat, sit sufficiens; constabit ex dicendis questionibus sequenti.

QVÆSTIO II.

Utrum ad effectum huius Sacramenti sufficiat, bona fide, confiteri verba, cum desiderio veniæ, aut cum eorum displicentia?

1. Quod ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ sufficiat confiteri cum desiderio recipiendi Sacramentum & ejus effectum, sentiunt non pauci, qui asserunt formalem dolorem, non esse partem essentiali hujus Sacramenti. Major, Gabriel, & Durandus, apud Suarez disp. 20 de Pœnitent. s. 7. Quibus addit Sylvestrum, verb. Confess. 1. s. 21. ubi sic. * Aliquis videtur, quod cum actus interior sit pars essentialis hujus Sacramenti, sine pœnitentia non valet; sicut nec matrimonium tenet ejus, qui vult contrahere matrimonium, sed non vult contrite. Sed ista non itane cum dictis Sancti Thomæ: nec eorum ratio concludit, quia pars est contritio aliquando futura; sicut aliquando satisfactio præcedit, sic ibi, & iterum Quæstio 22. in fine. * Si non dolet de præteritis, & de futuro cavere non vult, & tamen ista fictio non occurrat sibi ut confitenda, consequenter perinde est, ac si peccatum fuisset per negligentiam oblitum; & est verum Sacramentum. Hactenus Sylvesterus. Qui hanc sententiam non solum defendit (ut bene adnotant Suarez disp. 20. sect. 1. n. 2. & Granado cont. 7. tract. 3. disp. 3. sect. 1. n. 3.) sed juxta mentem D. Thomæ esse testatur. Cujus forsitan auctoritati innixi Recentiores aliqui infra citandi non dubitant dicere esse indubitatam sententiam D. Thomæ in 4. dist. 17. q. 3. art. 4. q. 1. ubi ait. * Potest quis non contritus peccata sua Sacerdoti innotescere, & clavibus subicere; qui quamvis tunc non percipiat absolutionis fructum, tamen recedente fictione percipere incipiet, sicut est in aliis Sacramentis, unde non tenetur iterare confessionem, qui fictus accedit. * Sic D. Thomas.

2. Ideò hanc sententiam tenuit Bernardus de Gannaco in impugnationibus Godofredi, quod lib. 5. q. 14. & cum Capreolo probabilem esse dicit M. Martinus de Ledesma 2. p. 4. quæst. 8. art. 1. dub. 3. fol. mibi 54. ubi sic scribit. * Qui sine dolore confitetur, & sine proposito cavendi in futurum, & est adeò ignarus, ut non advertat ad dolorem, vel si advertat, non advertit, quod est peccatum: sed putat, quod ad hoc, quod sufficienter confiteatur, non debet aliud facere nisi confiteri peccata, & quod absolvetur à Sacerdote etiam

Part 11.

ignaro. Tunc Bernardus de Gannaco dicit, quod est vera confessio. Et Capreolus licet non recipiat eam opinionem, dicit tamen quod est probabilis. Major in 4. dist. 17. q. 9. dicit, quod talis confessio est nulla, & dicit hanc esse opinionem D. Thomæ. Sed ego nescio ubi ipse invenit hoc in Sancto Thoma. Opinio Bernardi de Gannaco habet hanc probabilitatem: quia aliqui dicunt, quod de essentia Sacramenti Pœnitentiæ, solum est confessio, & absolutio. Ergo probabile est, quod dicit Gannacus. * Hæc Mag. Ledesma. Huic sententiæ subscripsisse Scotum refert Cajetanus 3. p. q. 90. artic. 1. & Sylvesterus ubi supra quæstio 21. nu. 24. Et ex Recentioribus eam defendunt F. Christophorus à S. Josepho tom. 1. Recept. opin. 2. p. de sacr. Pœnit. dub. 1. n. 8. fol. 350. F. Ludov. à Concept. in Exam. verit. tom. 1. tract. 5. de pœnit. q. 2. nu. 25. & R. P. Delgadillo tom. de pœnit. cap. 10. n. 5. & dub. 8. n. 44. & cap. 16. n. 31. & in Quæst. moral. de frequentia confess. n. 37. Quibus hanc sententiam magis explicans accessit Thomas Hurtado tom. 2. resol. moral. tract. ult. resol. 10. s. 2. nu. 499. dicens. * Quam rationem manifestà esse judico: quia hæc clavium subjectio non fit sine aliquo dolore peccatorum imperfecto, & virtuali. Nec enim quis se subicit alteri emendandus, & judicandus, nisi aliquem dolorem habeat, & pœnitentiam eorum à quibus absolvi desiderat. * Sic Hurtado supra: qui num. 501. addit hæc ratione posse probabiliter defendi opinionem Bernardi de Gannaco, & aliorum quos supra dedi. * Cujus, inquit, sententiæ probabilitas, quæ multum potest ad praxim pertinere, potest deprehendi, si dicamus, quod in confessione vera, facta à peccatore de peccatis commissis, imbibitur dolor de peccatis sufficiens, ut sit materia proxima pœnitentiæ, ad hoc, quod Sacramentum sit validum, sed informe. Nec alius expressus dolor videtur requiri à Tridentino ad validitatem Sacramenti, bene tamen ad ejus effectum consequendum. * Et est juxta mentem Sylvestri ubi supra quæst. 21. nu. 25. qui sine displicentia virtuali, nequit Sacramentum validum coalescere, expressè ibi docet.

3. Addunt alii confessionem scienter absque ullo expresso, vel formali dolore factà, validam esse, licet pœnitens bene noleat esse peccatum mortale sic accedere, dum tamen de ejusmodi peccato se accuset, & absolvetur. Ita Fr. Christophorus à S. Joseph ubi supra, & probabile putat Durandus in 4. dist. 17. quæst. 13. nu. 7. & non esse improbabile, ait Delgadillo tom. de Pœnit. cap. 10. nu. 44. Et cap. 16. in fine, concludit cum præcitato Fr. Christophoro, esse indubitatam sententiam D. Thomæ, ubi supra. Quod censuit etiam Arriaga tom. 7. tr. de Sacram. in genere, disp. 13. nu. 2. Et quidem semel concessò doloris actum formalem, & expressum, præcedentem sacramentalem absolutionem non esse partem essentiali Sacramenti, sed absque illo validum, licet informe subsistere, solà confessione, & absolutione, hæc sententia necessaria consecutione deducitur. His positis, de quibus quæstione sequente judicium ferendum.

4. Quod in hac quæstione inquirimus est, an qui bonà fide accedit absque ullo actu expresso doloris, solà voluntate suscipiendi Sacramentum, & ejus effectum, mortalium remissionem, collatà absolutione obtineat? Affirmant Angelus, & Rosella apud Vazq. de Pœnit. quæst. 92. art. 1. dub. 1. & Almarinus in 4. dist. 14. quæst. 4. Et quod caput, ita tenuisse Scotum asserit Mag. Sylvesterus, verb. Confess. s. 21. ibi. * Scotus tenet in 4. quod ad consequendam gratiam per hoc Sacramentum non requiritur attritio; sed sufficit voluntas suscipiendi hoc Sacramentum,

E e

hæc